Quæstio Medica Quodlib. disput. discut.ᵃ In Scho. Med. die Jouis 3 Nonas Decem.

M. Antonio de Cappe D. M. moderatore.

An Præsidium Sanitatis optimum Diæta?

Vt Corpus Humanum quid vnum est, ita eius vna, primaq; perfectio sanitas, nãlis omn partium διάθεσις à laudabili earum temperie et symmetria procedens triplicisq; facultatis actiones perficiens. quibus si adsit servari solent, si absit contrariis debet restitui. quæ duo Medici munera contraria quidem sunt, verum vnus est agendi scopus, nempe sanitas. Caũs vero conservantes non alias sunt à labefactantibus, et quot modis immutatur Corpus, tot conservantium causarum genera obtineat. sunt autem sex vulgò quas res non nãles dicuntur, aër, motus, quies, Cibus potus, quæ deponuntur et subsistunt, somnus vigilia, et ai perturbãoes in quibus oĩs tuendæ sanitatis ratio consistit.

Ab iisdem enim immoderatis morbi inferuntur, siquidem aër vitæ et morborum auctor, non modo spiritus sed humores, et solidas partes immutat, sbãa, aptõ, et subita mutãoe: Itaq; pro temporum et locorum varietate varios morbos inducit. labor quoq; Cibus, potus, somnus, vigilia damno sunt si absit moderatio. Excrementa quæ alimentorum dissimilium vim sequuntur, cum sint aliendo inutilia, longa mora corrumpuntur, ideoq; nisi tempestiue excludantur multorum morborum occasionem afferunt. Nec leuiora sunt animi παθήματα, in quibus consensum corpus non raro trahitur, atq; maiori sæpius discrimine periclitatur.

Ad vitam salubrem et diuturnam nullum alimento præsidium est aptius magisq; necessarium, modo in eius vsu 4ᵒʳ seruentur, sbãa laudabilis, qualitas idonea, iusta quantitas, et legitimus vtendi modus. per sbãam sunt cuiq; ætatum generi, cuiq; etiam et corporis parti cibus est familiaris, nec quouis cibo qdq; animal aut pars potest nutriri, nec quo alitur, eo [illegible] protinus. nihil ad valetudinem aliq; confert q qd est εὔχυμον. nihil gignendis morbis pabulum adeo suggerit q κακόχυμον. In Cibo quoq; et potu (qui diætæ nomine proprie intelliguntur) medicamentum optimum. Cum enim Corporis sbãa in quantitate et qualitate perpetuo mutetur, vtriq; alimentum succurrit, et sua sbãa suæ fluxum reparat, sua qualitate contraria ei quod alteratum est medetur.

Et autem nãis cibus Cõis est alimenti necessitas ita singulis et sanis, et ægris certa quantitas debetur; ac temperantia quidem et mediocritas totius est iucundæ salubrisq; vitæ moderatrix, quippe quæ tantum reponit quantum effluxit, viresq; in eodem statu conseruat, et caloris innati reparabilem sbãam tuetur. nunq conducit nimia satietas, quod si quæ intemperantia subest, tutior est in potione, q in esca. sæpe etiam necessaria abstinentia in morbis præsertim longioribus; at media in perdacutis victusq; tenuissimus vtendum, maxime iis vergentibus, in ipsis quoq; febrium accessionibus prorsus abstinendum; neq; solum in curandis sed et tuendis morbis tota media præscribitur, ideo plethoricis et humidis corporibus perferenda tolerabilior tamen est pituitosis, q Biliosis, vti senibus, q pueris facilior.

Cæterum victus salubris instituendi rão sumi debet in sanis, ab anni parte, temperie, ætate et consuetudine: Nam æstate pauca semel offerenda sunt, sed frequentius eaq; frigida et humida, hyeme contra calidis nãis potis aqua, frigidis salsa et arida prosunt. proba temperies (quæ tantum æquitatem affectet) euchymis et dulcibus delectatur. pueris victus humidus, iuuenibus sicca et solida magis conueniunt, vti senibus ἐκφρακτικὰ διουρητικὰ et ἐκκοπρωτικά. verum cum in Catharsis tum alimentis grauissimum est imperium consuetudinis, qua iampridem consueta quamuis deteriora insueuis minus molesta esse solent propter habitum qui seniorum est familiaris Causa existit.

Ergo præsidium Sanitatis optimum Diæta.

Asserebat Guillelmus Fornier Sequanus. 1587.

Dñi Doctores disputaturi.

M. Ioannes le Moyne. M. Philipp. Harduyn de St. Jaques. M. petrus Laffile Med. reg.
M. Stephanus dufour Med. reg. M. Ioannes Cottereau. M. Gerardus Denisot.
M. Claudius Boyuin. M. Claudius fauuelet. M. petrus Collier Decanus senior.

BIBLIOTHÈQUE